

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1566

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 122 / Tabuteau 200

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1050

**Lieu d'émission :** Lyons-la-Forêt

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume, duc de Normandie, ayant relevé de sa primitive sujétion l'église Saint-Pierre et Saint-Evroult, jadis placée sous l'autorité d'Herluinus, abbé du Bec, décide, à la requête de Robert [de Grandmesnil] que l'élection de l'abbé dépendra uniquement du choix des moines. De fait, lors de la première élection de l'abbé Thierry, Robert [de Grandmesnil] et Guillaume [Giroie] étant électeurs avec les moines en tant que fondateurs de ce lieu, Hugues, évêque de Lisieux, autorisa les moines, au cas où lui-même ou l'un de ses successeurs refuserait injustement de bénir l'abbé, à recourir à la personne de leur choix.

Guillaume le Bâtard confirme ensuite les donations faites par Robert [de Grandmesnil], Hugues son frère, Guillaume [Giroie], ses frères, ses fils et d'autres fidèles.

Robert, Hugues et Ernardus [de Grandmesnil] ont donné à Saint-Evroult l'église de Norrey[-en-Auge] ; Soulangy ; l'église d'Ouilly[-le-Tesson] ; Angloischeville avec l'église ; l'église de Villers[-Canivet] ; l'église d'O ; une partie de l'église de Guéprei ; la dîme de la Bigne ; le tiers du moulin de Beaumais ; la dîme du Moulin d'Olivet ; un hôte à Colavilla ; la dîme de la foire et des deniers de Saint-Pierre d'Entremont ; l'église de Fougy et une partie de la dîme de Coulonces.

Hugues [de Grandmesnil] donna la terre de Culley (auj. Rabodanges) ; la dîme du tonlieu et des céréales de Montchauvet ; l'église de Louvigny ; la terre du Noyer-Ménard ; au Mesnil-Bernard, une charruée et la terre de la Tanaisie ; l'église de Mancelles ; la dîme du tonlieu du Sap ; le Mesnil-Dode ; l'église de Limbeuf avec une partie du Vieux-Mesnil.

Guillaume [Giroie] donna l'église d'Echauffour et la forêt d'Echauffour ; toutes les églises de son domaine, en particulier celles de Saint-Georges à Montreuil-[l'Argillé], Notre-Dame et Saint-Paul à Verneusses, celle de Saint-Pierre et celle de Saint-Martin, au Sap.

Robert, fils d'Helgo, avec le consentement de ses seigneurs Guillaume et Robert [Giroie], donna l'église Saint-Martin sur le Guiel (auj. Heugon) et l'église du Sap-André.

Après son élection, l'abbé Thierry acheta à Ernardus fils de Guillaume [Giroie], avec le consentement de son oncle Robert et sur l'ordre du comte Guillaume, la terre de Bocquencé, et une partie de la terre d'Echauffour qui se trouve entre Touquettes, la Charentonne et Exartum Henrici.

En outre, le même abbé acquit l'église Notre-Dame, construite autrefois par le monastère, pour dix-huit livres, avec le consentement de Guillaume fils d'Osbern.

Guillaume fils de Guillaume [Giroie] donna toutes les églises qui dépendaient de lui à l'abbé de Saint-Evroult, pour une somme élevée : ce sont l'église Saint-Sulpice au Mesnil-Bernard (auj. La Goulafrière), l'église Saint-Léger à Réville, une église à Monnai, une église à Ternant, l'église Saint-Pierre aux Essarts, l'église Saint-Aquilin d'Augérons avec tout le domaine et une église au Bois-Hébert.

Guillaume de Pont-Echanfray donna les tenures d'un certain Osbernus avec les églises et des dîmes. Guillaume [Giroie] donna une charruée à Verneusses. Ernardus son frère donna toutes ses églises, Le Douet-Moussu et

Hauterive. Guillaume donna ses moulins de Verneusses et le bois des Landelles. Il y ajouta trois fours à Montreuil-[l'Argillé], à Verneusses la terre Burnendi et deux pêcheurs de Ternant.

Robert, oncle des donateurs précédents, donna Saint-Pierre [de la Poesté] des Nids, Saint-Céneri[-le-Gérei] et la moitié du bois de Saint-Céneri, les pêches dans la Sarthe, Notre-Dame de Mont-Gandelain (auj. Gandelain) et la dîme de Ciral. Avec sa permission, son chevalier Raoul donna l'église de Radon.

Guado de Dreux donna une église sise sur l'Avre dans le pagus d'Évreux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Prévost Auguste, *Orderici Vitalis angligenae, coenobii uticensis monachi, historiae ecclesiasticae libri tredecim*, Paris, J. Renouard et Socios (Société de l'histoire de France), 1838-1855, 5 vol., t. 5, appendice III, p. 173 et 178.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°122, p. 287-292.

### Indications

Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 95-96. Le Prévost Auguste, *Orderici Vitalis angligenae, coenobii uticensis monachi, historiae ecclesiasticae libri tredecim*, Paris, J. Renouard et Socios (Société de l'histoire de France), 1838-1855, 5 vol., t. 2, p. 31-39. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 118, 314, 421 ; t. 3, p. 348, 350. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, col. 893. Lemarignier Jean-François, *Étude sur les privilèges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, appendice X, p. 284.

## Dissertation critique

Le texte de cet acte est pris de la première rédaction du cartulaire non datée ; datation est donc d'après la deuxième rédaction datée. Voir FAUROUX, p. 288 et 291-292, variante (x).

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guillelmus, Normannorum dux gratia Dei, cunctis fidelibus, pacem et salutem. Si nos fidelium nostrorum petitionibus ea causa adquiescimus ut eorum animos in nostra fidelitate solidemus, multo magis expedit nobis ut servorum Dei precibus nos exorabiles exhibeamus super his in quibus sancte Dei ecclesie status indiget nostre serenitatis auxilio sublevari, pro quibus confidimus, Deo auctore, temporale regnum nostrum tranquilliori pace premuniri et nos superventure beatitudinis premia adipisci. Proinde notum esse volo fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod inter ceteras ecclesias que infra regnum nostrum site sunt, specialiter ecclesiam Sancti Petri et Sancti Ebrulfi que infra Lisiocacens[i]um comitatum sita constat, quam quondam vir vite venerabilis Herluinus Becensis cenobii abbas tenuerat, hanc ipsam ecclesiam seu rerum commutatione seu premiorum largitione a priori subjectione resolvimus et tituli principalis privilegio insignimus, ut libera et ab omni subjectione maneat immunis. De electione autem abbatis loci ejusdem, intercedente Roberto fideli meo, hoc totum concedo, consilio fratrum, tam ego quam successores mei, salva tamen regularis discipline ratione, id est ut non amicitie aut consanguinitatis aut certe pecunie amor vota eligentium corrumpat. Possessiones etiam quas Robertus et Hugo frater ejus, Willelmus et fratres ejus ac filii necnon et ceteri fideles christiani de rebus hereditariis suis ad eundem locum tradiderunt vel tradituri sunt vel quas idem Robertus a fratre suo et ceteris coheredibus suis juxta complacitam parcium divisionem sibi acceperat, has ego nostre auctoritatis privilegio firmas et inconulsas esse jubeo, ut si quis ex adverso veniens ad dampnum prefati cenobii grande aut parvum

aliquid machinari temptaverit, et nostri hujus privilegii cartulam violare temptaverit, noscat se nostre reum esse majestatis et omne patrimonium suum nostris rebus dominicis ascribi debere. Terre itaque quas prefatus Robertus et fratres ejus scilicet Hugo atque Ernaldus pro salute animarum eorum predicto cenobio tradiderunt he sunt : in Nuereto ecclesia cum omni decima et terra presbiteri cum arabili terra trium carrucarum, et villa que dicitur Solengiacus ; in Oylley ecclesia cum omni beneficio quod tenuit Tecelinus clericus ac decima molendinorum ipsius ville ; Anglisca quoque villa cum monasterio ; ecclesia autem ville que Villaris dicitur cum uno hospite ; in villa vero que nuncupatur Oht monasterium et terra presbiteri cum uno hospite et decima molendinorum ejusdem ville ; et in monasterio de Vayprato dederunt etiam talem partem qualem tenuit Robertus pater eorum ; pretera decimam de Buina et in Belmeis terciam partem molendini cum decima ejusdem beneficiumque Fulcuini presbiteri ac decimam molendini Oliveti ; unum hospitem in Colavilla cum decima totius ville, decimam quoque cere necnon et denariorum Sancti Petri inter Montes ; insuper ecclesiam in vico qui vocatur Fogeï, et decime partem Coluncelle quod tenuit prefatus Robertus pater eorum. Terram vero de Cuelleit dedit Hugo, petentibus sponte dominis ejusdem ville quorum allodium erat, eidem cenobio ; immo et decimationem omnium carrucarum ejus, et pecorum ; et decimam de Monte Calvet, tam de theloneo quam de annona ; ecclesiam autem de Luvigniei cum terra presbiteri ; preterea terram que appellatur Nueretum Mainart ; igitur in loco qui dicitur Maisnil Bernart, terram unius aratri et terram ville Tanaceti ; preter hec quoque monasterium de Mancellis cum terra presbiteri ; et de Sappo decimam thelonei, villam ergo que nominatur Maisnil Doda et ecclesiam de Limboth cum terra presbiteri et portionem quod tenuit Hadvis mater eorum in Veteri Maisnil. Preter hec, consentientibus et condonantibus filiis suis simul et fratribus, donavit supra memoratus Willelmus monasterium de Escalfo decimamque ejusdem ville thelonei predicto cenobio, cum terra presbiteri Adelelmi, et decimationem tocuis silve ad eandem villam pertinentis, ipsamque silvam ad necessaria omnia insuper et monasteria omnia que tunc in dominio suo habebat, quorum unum in honorem sancti Georgii constructum est in villa Mostariolo, duo Vernuciis, unum in honorem Sancte Marie, alterum in honorem Sancti Pauli, in villa Sappo duo, unum in honorem sancti Petri, alterum in honorem sancti Martini, cum decimis et terris et omnibus ad ipsa monasteria pertinentibus, ad hec decimas theloneorum omniumque consuetudines tam silvarum quam aliarum rerum que tunc debebantur illi in Escalfo et in Mostariolo atque in Sappo. Postea autem dedit Robertus Helgonis filius, consencientibus et condonantibus ejus dominis Willelmo atque Roberto cum filiis ac nepotibus eorum, ecclesiam Sancti Martini et in eodem loco terram presbiteri cum alia terra. VIII. carrucarum, quam emerunt monachi supradicti loci non modico precio ; monasterium vero de Sapo Andree cum terra presbiteri et medietatem terre sue tocuis ville. Igitur postquam, Dei donante gratia, est ordinatus predicti cenobii Theodericus abbas, emit ipse ab Ernaldo prefati Willelmi filio, consenciente Roberto suo avunculo et jubente comite Willelmo terram de Balhencei sicut tenuerat Baldricus ejus comitis arcearius, et partem terre Escalfo que est sita inter Tolketam et Carintonam et Exartum Henrici ; necnon etiam ecclesiam Sancte Marie a supradicto cenobio prisco tempore constructam comparavit isdem abbas a filiis Rodulfi cognomento Fraisnel decem et octo libris sicut tenuerat eam quidam monachus nomine Placidus, consenciente Willelmo Osberni filio. Omnia ergo monasteria que in potestate sua habebat Willelmus heres supradicti Willelmi, annuente Geroio fratre ejus ac cognatis ejus videlicet Geroio atque Fulcoio, tribuit memorato loco, accepta haud modica pecunia ab abbate prefati cenobii, ex quibus unum erat situm in villa que dicitur Maisnil Bernart in honorem Sancti Sulpicii, alterum vero in honorem Sancti Leodegarii in Roilvilla, alium autem in Moenai terramque Roberti, unum etiam de Ternant et in Exarz unum in honorem Sancti Petri, in Algerum unum etiam cum tota villa et in Bosc Herbert unum. Deinde Willelmus de Pont Herchenfret prefato cenobio dedit quecumque Osbernus tenebat, cum redicima thelonei et molendinorum seu carrucarum et monasteria. Item Willelmus condonavit eidem cenobio in Vernucis terram unius carruce ob redemptionem anime Emme matris sue. Simili modo dedit Ernaldus frater ejus eidem loco omnia monasteria sua cum terris presbiterorum ac terra de Doit Molsut. Post donavit Ernaldus terram Alte Ripe et que pertinebant ; Willelmus, molendina sua de Vernucis, annuente fratre Ernaldo et que ibi habebat in suo dominio, terramque Guarini et lucum Landigule. Deinde ipse predictus dedit furnos tres eodem loco Mostariolo, concedentibus parentibus suis, et in Vernucis terram Burnendi et duos piscatores de Ternanti. Post hec, Robertus, avunculus eorumdem de prediis suis dedit huic loco Sanctum Petrum de Potestate Nidi, Sanctumque Serenicum et omnes decimas ipsis locis pertinentes et dimidietatem virgulti Sancti Serenici, piscationesque in Salto ad placitum, et Sanctam Mariam de Monte Guantelen decimamque Siralais totam, et de cunctis honoribus quos ipse adepturus est. Deinde Rodulfus quidam ejus miles egrotus, metu mortis, dedit ipso loco ecclesiam de Radon, illo concedente. Inter hec, audiens quidam miles bonus Guado de Drocas condonavit ecclesiam sitam super Arva, in pago Ebroicensi, consencientibus dominis suis et filiis et parentibus et amicis. Hanc donationis cartulam ego Willelmus Northmannorum comes scribi feci et manibus archiepiscopi Rothomagensis et episcoporum abbatumque ac principum quorum nomina et signa subter scripta habentur, sub excommunicatione confirmandam tradidi, quatinus inconvulsa et astipulata hinc et in reliquum permaneat. Ut si quis eam infringere presumpserit aut aliquid per se vel per alium quocumque ingenio dampnum inferre voluerit, ex auctoritate Dei et omnium sanctorum ab omni christianitate, si non emendaverit, excommunicatum et in eternum maledictum se noverit, insuper et eterne maledictionis particeps sit, deleatur de libro viventium et cum justis non scribatur.

Signum Willelmi comitis. Signum Malgerii archiepiscopi. Signum Hugonis episcopi. Signum Radulfi Taison. Signum Rogerii de Montgomeri. Signum Willelmi Osberti filii. Signum Emmæ. Signum Roberti filii Geroici. Signum Hugonis nepotis ejus. Signum Hernaldi. Signum Willelmi filii Vuacelini. Signum Lupeti filii Fredelendis. Signum Roberti de Samedella. Signum Drogonis de Reti. Signum Willelmi filii Adeladis. Signum Osberni sacerdotis Nigelfe. Signum Ricardi de Bealfo.